

Peter Becker

**Programma Paschale Qvo Rector Acad. Rostochiens. M. Petrus Becker/ Mathem.
Prof. Publ. Ord. ... Mortuorum Resurrectionem, In Resurrectione Christi
Fundatam, Tanquam Verum Miraculum, Contra Leges Naturæ Factum, Civibus
Academiæ Considerandum proponit ...**

Rostochii: Literis Joh. Wepplingi[i], [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520375>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

17 16. Ostern.

~~M-1256. no.~~

07.1716

PROGRAMMA PASCHALE
Qvo.
RECTOR ACAD. ROSTOCHIENS.
M. PETRUS BECKER
Mathem. Prof. Publ. Ord., & ad Aedium Cathedral. Jacob,
Verbi Divini Minister.
**MORTUORUM
RESURRECTIONEM,
IN
RESURRECTIONE
CHRISTI
FUNDATAM,
TANQVAM
VERUM MIRACULUM,
CONTRA LEGES NATURÆ
FACTUM,**
Civibus Academiæ
Considerandum proponit, eosdemque ad lætissimum hoc
Festum, devotè celebrandum, hortatur..

**ROSTOCHII, Literis JOH. WEPPLINGI, SEREN, PRINC,
& ACAD. Typogr.**



M. 1256 115



Trum Diabolus , seculi hujus Prin-
ceps , aërisq; dominator , ut S. Sra
eum Vocat , vera edere possit mira-
cula , disputare nonnulli solent .
Nos breviter distinguimus inter mi-
racula proprie sic dicta , & effe-
ctus quosdam extraordinarios . Fa-
cile largimur , malum Genium
varios effectus , qui consuetas natu-
ræ vires excedunt , Deo permittente , edere posse .

Est enim , uti dictum , aëris dominator . Hinc sine dubio
etiam subtilissimæ istius materiæ abstrusiores conditio-
nes , intimosque recessus , & summam vim , cognita ha-
bet , atque perspecta . Qvis ergo negaret , causarum na-
turalium efficaciam ita ab illo dirigi posse , ut effectus in-
de sequatur inusitatus ? Sed iste nondum est miraculum .
Nam miraculum proprie sic dictum illud vocamus , quan-
do aliquid contingit , in quo leges motus naturales suspen-
sus esse clare intelligitur . Deus ergo sicuti autor illarum
legum est , ita ab eo solo suspendi eas posse , manifestum
est . Solus ergo Deus vera edit miracula : Diabolus
vero , permissione facta , extraordinarios dat effectus .

Sed vero non immerito quæritur , quid motus sit ; &
quænam sint leges motus naturalis ? Motus sane est idea
simplicissima . Hinc plane illis subscribimus , qui , eum
definiri posse , negant . Imo quilibet per se , quid motus
sit , longe evidentius cognoscit , quam si omnes Philoso-
phorum descriptiones in subsidium vocet . Qvod si vero
causa motus , de qua Philosophi tantopere disputant , ab-
scundita nobis , atque abstrusa videatur : verum hoc erit
exemplum , ideam longe clarissimam , quæque vividissi-
mum sui sensum nobis imprimit , pro intellectus nostri
imbe-

imbecillitate, non raro tamen novis tenebris esse circumfusam, atque involutam vid. Aut. Anon: Art. cogit. P.I. C.VIII. de Idear. Clar. & Distinct. &c.; & contrasentientem Cleric. in Log. P. I. C. IX. §. 4.; utrumque vero sententiam feliciter conciliantem Budd. in philos. Instrum. P.I.c. II. §. 5. Leges motus quod attinet, eas accurate nobis expositas dedit. Cleric. Lib. V. Phys. Cap. V. de Motu: quas in compendium, elegantissimo ordine, contractas vid. ap. Budd. P. V. Philos. Theoret. Cap. II. §. 2. &c.

Sed dices: cum antea distinctum à nobis sit inter vera miracula, & effectus extraordinarios, seqvi exinde, multa in S. Scra, divinitus facta, saltem pro extraordinariis effectibus, non vero pro miraculis, esse habenda? Ita quidem plane censemus, & tantum abest, ut S. Sacrae majestas hac assertione minuatur, atque elevetur, ut potius effectus extraordinarii, cum miraculosis collati, S. Sacram magis illustrent, atque stabiliant.

Quædam ergo exempla ita sunt comparata, ut tuto eadem ex classe miraculorum eximere, & in numerum effectuum, extra naturæ ordinem factorum, congregare liceat. Eo modo stupendus coturnicum cumulus, per excitatum ventum, circa castra Israëlitarum circumfundebatur, Numer. c. XI. Sic ignis, de cœlo delapsus, milites, ad Eliam missos, confecit atque absursum, 2. Reg. c. I.; & id genus alia.

Cum vero difficultate non careat, discernere, an effectus aliquis admirandus, & inusitatus, ex singulari causarum naturalium directione, an vero ex legum naturalium suspensione, ut pro vero miraculo sit habendus, procedat: in quibusdam saltem exemplis retinere assensum, atq; εἰπέτειο, sustinere, consultum erit; idque eo magis, quando spirituum opera intercedit, quippe, quorum

quanta in rorum naturam efficacia sit, nobis plane non
constat. Huc referrem exemplum Angeli, in castris
Assyriorum, una nocte, tot millia trucidantis, 2. Reg. xix.

Alia verò exempla, eaque longe plurima, quis du-
bitaret, pro veris miraculis habenda, cum res ipsa tam
claris argumentis, signisqve luceat. Sic particulæ aquæ,
in vinum mutatae, Joh. c. II, nullo movente alio corpo-
re, non solum in momento commovebantur, sed etiam
figuras suas deponebant, novasqve velut inducebant.
Sic aqua in mari rubro, atqve Jordane, in motu posita,
contra manifestam naturæ legem, gradum sistebat, &
sua mobilitate privata, muri instar, dextra lævaqve,
pertinacissimo statu hærebant. Et sic in reliquis.

Inter omnia tamen miracula multum eminere exi-
stimus mortuorum resuscitationem, in extremo in-
primis judicio expectandam. Hic enim in centro qua-
si videoas singulas motus leges everas, atqve mutatas.
Non enim occasione alias cujusdam corporis moventis,
sed immediate a DEO, insensiles corporum humano-
rum, in atomos resolutorum, particulæ, movebuntur,
& impellentur. Qvæ qvidem in motu positæ, non
promiscue omnibus sui generis, sed, DEO ita dirigen-
te, eundem motum, illis tantum particulis, communi-
cabunt, qvæ ad certum quoddam suppositum constitu-
endum jam olim pertinebant. Neque etiam in tali mo-
tu persistent, sed novas insuper, & spirituales qualitates,
indutæ, extra omnem locum, omneque corporis crassi-
oris consortium, in incomprehensibili æternæ beatita-
tis æ, in singulis personis, placide acquiescent.

Ex quibus omnibus facile intelligitur, mortuorum
resurrectionem, ex naturæ similibus, in hunc finem
vulgo adductis, quoddammodo quidem, & quasi per
umbram

umbram, illustrari, neqvaquam autem demonstrari ex
naturae viribus posse.

Dices: Siccine aliquid admittendum in S. Scra, qvod
contra rationem esse deprehenditur? Enim vero ita
perperam infertur: est contra naturae leges, ergo est
contra rationem. Imo, qvia clare, & distincte, secun-
dum evidentissima Scrae S. dicta, percipimus, resurre-
ctionem mortuorum contra leges naturae esse, & nihil
amplius, ex parte Dei, ad eam requiri, quam ut, (se-
cundum datam hypothesin) leges motus naturalis, pro
libero summi Numinis arbitrio, suspendantur, & novus
movendi modus introducatur, manifestum est, resur-
rectionem nullam involvere contradictionem, adeoque
non quidem contra rationem esse, sed tamen omnem
omnino hominum rationem longissime superare.

O. C., celebramus hodie Festum, multis nominibus
nobis laetissimum; Festum, in quo vicit Leo de tribu
Juda; Festum, quo mortem & infernum superavit Tri-
umphator maximus; Festum, quo redempta Christia-
norum cohors omnes lacrymas abstergit, omnem lu-
ctum deponit, omnemque lugubrem habitum abjicit;
Festum, quo tota Ecclesia, ceu sponsa elegantissime com-
ta, iuum amplectitur sponsum; & ut proprio tandem
nomine illud appelle, Festum hodie celebramus, quo
Immanuel noster ex Iepulchro, mortisque vinculis, po-
tentissime resurrexit. Miraculum sane, quod omnem
rationis nostrae captum longissime superscendit! Neque
vero opus est, longius inquirere, qvmodo resurrectio
Salvatoris contra leges motus naturales facta fit: satis
enim ex antecedentibus id patet. Nihil etiam dero-
gat huic miraculo, quod sanctissimum corpus totum
in atomos non fuerit resolutum: breviter saltem, & pie,

osten

ostendisse sufficit: particulas defuncti corporis, residuas
æq; , ac inter tot , tantosq; cruciatus profusas,& dissipata-
tas, ex alta quiete, prorsus contra naturæ leges, pristinum
motum, atqve vigorem , non solum recepisse ; sed ita in-
super clarificatas esse, atqve sublimatas, ut, una cum di-
vina natura , *m̄m̄ iū nān* , præsentissimo dominio, adim-
pleverint. Accedit etiam, qvod miraculi hujus sublimi-
tatem maxime auget , cum non *iēgōia* solum , atqve po-
testas, qvam Reformati saltem concedunt, sed etiam ipsa
dūrāpis , atqve potentia , in hunc finem humanæ naturæ
sit communicata , easdem particulas se ipsas qvoqve ex-
citasse , atqve in motum redegisse : & quomodo esse a-
liter potuit, cum ipsa unio personalis , etiam in ipsa
morte illæsa mansisse censenda sit ?

Diximus vero antea , nihil huic miraculo deroga-
re , qvod sanctissimum Christi corpus totum in atomos
non fuerit resolutum: imo potius ingens exinde nobis
solatum existit , atqve certitudo , nostra qvoqve cor-
pora , eadem numero , esse resurrectura.

Vani sunt Sociniani, qui idem numero corpus Chri-
sti ex sepulchro prodisse negant. Crassas , & insulsas
horum hominum , ubiqve alias nescio qvam *āngīβēas* ,
disputandiqve solertiam , jactantium machinationes non
satis mirari possumus: cum tot , tamqve clara , adsint
argumenta , ut nemo , nisi qui totam hanc historiam in
dubium vocare velit , ambigere , præsertim in re tanti
momenti , possit. Quid enim Thomas vidit ? quid pal-
patus est ? quid reliqui discipuli manibus contrectarunt ?
nonne idem numero corpus , qvod clavis fonsum , & suis
vulneribus insignitum erat ? Firmum ergo stat , & in-
concussum , etiam nostra corpora , eadem numero , esse
resurrectura. Aut enim falsum habemus Messiam (Te
Deum

DEum, dum hæc scribo, sinceritatis meæ testem invoco,) aut etiam eundem Messiam, qvi in ligno crucis pependit, his nostris oculis, in altera vita, non oportet solum intueri, sed plane necesse est.

At vero, O. C., non sufficit, intellectum suavissimorum hujuscemodi idearum repræsentatione pascere atque oblectare, sed ut voluntas quoque vividam harum omnium perceptionem habeat, omni modo nobis in sanctissimo hoc Festo, imò per totum vitæ tempus, enixe est elaborandum. Novimus, non solum pios, vi meriti Christi, sed & impios ad unum omnes, vi justitiæ divinæ, esse resurrecturos. Quid autem tunc proderit impiis, tantam rerum divinarum habuisse cognitionem? cum omnis illorum scientia, quod terrible dictu est, in rationem damnationis sit casura. Evidem idæ istæ, de quibus diximus, in se consideratæ, & quod naturam earum attinet, non sunt inanæ, sed efficacissimæ, imo ipsum vivum Dei verbum, quod facile largimur. Sed quid juvat, nisi tibi quoque sint efficaces; nisi in te, & in anima tua, effectum exoptatum præstent? Quomodo autem præstabunt, nisi patiare, ut omnia impedimenta, & innatam illam carnis corruptæ contumaciam, divina sua, qua gaudent, vi, atque virtute, ex voluntate quoque tua tollant, atque abstergant?

Agite itaque, O. C. & divinam hanc Doctrinam de resurrectione Christi, ita amplexamini, ut voluntas quoque vestra, omnesque ejus propensiones, ad meliorem frugem, simul cum Christo, reviviscant. Celebremus, hortante Paulo, sanctissimum hoc Festum, a quo salus, fides, justitia, pax, atque conscientiæ tranquillitas, quam maxime dependent, non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, atque versutiæ, sed in panibus, fermento

fermento carentibus , h. e. fide , sinceritate ; morum-
que integritate , atque innocentia . Nec est , ut carnis
nostræ contumaciam , dum inevitabili non raro fervore
ebullit , obtendamus . Sane gratia DEI , per gloriosam
Domini nostri resurrectionem jam obsignata , tanta vi,
atq; virtute , modo non renitamur , in anima nostra pol-
let , ut , qvotiescunq; cum hoste congregimur , illustrior
eadem subinde nobis appareat . Hoc mecum fatebuntur
omnes , qui non in nudis ideis , frustra fabricandis , labo-
rant , sed qui in spiritu atq; veritate ita incedunt , ut vivi-
dam horū omnium perceptionem , in ipsa quoq; voluntä-
te sua , experiantur . Itaq; hoc propositum si recte tenea-
mus , his vestigiis si insistamus , omnia erunt expedita ,
atq; soluta . Nulla amplius externa vis , nulla difficultas ,
nulla calamitas , ex statu , quem triumphantis Salvato-
ris auspicio tuemur , nos deturbabit . Terreat ergo
lex suis execrationibus , suoque fulmine ! Ex surgant
adversus nos omnia peccata nostra ! Rugiat Leo infer-
nalis quantum volet ! Ipsa justitia DEI pro nostra stat
causa , eandemque in Christo Jesu favorabiliter , gratio-
sissimeque cognoscit ; cognitam decidit ; decisam ita
exornat , ut triumphantum more , læti , sanctissimo hoc
Festo , cum Apostolo gloriari possimus : *Ubi tuus ,*
mors aculeus ? Ubi tua , inferne , victoria ?
Deo sit gratia , qui dedit nobis victoriam
per Dominum nostrum Jesum Christum .

P.P. Sub Sigillo RECTORATUS ,
ipsa Paschatos Feria I.
Anno MDCCXVI,



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003520375/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520375/phys_0012)

DFG

DEum, dum hæc scribo, sinceritatis meæ testam
co,) aut etiam eundem Messiam, qui in se
pependit, his nostris oculis, in altera vita, solum
solum intueri, sed plane necesse est.

At vero, O. C., non sufficit, intellectum
marum hujuscemodi idearum repræsentationem
atque oblectare, sed ut voluntas quoque vivida
omnium perceptionem habeat, omni modo nō
etissimo hoc Festo, imo per totum vitæ tempus
est elaborandum. Novimus, non solum pio
Christi, sed & impios ad unum omnes, vi
næ, esse resurrecturos. Quid autem tunc pro
piis, tantam rerum divinarum habuisse co
cum omnis illorum scientia, quod terrible
rationem damnationis sit casura. Eviden
de quibus diximus, in se consideratae, & que
earum attinet, non sunt inanes, sed efficacissima
ipsum vivum Dei verbum, quod facile largitur,
quid juvat, nisi tibi quoque sint efficaces; nō
in anima tua, effectum exoptatum præstent
do autem præstabunt, nisi patiare, ut omni
menta, & innatam illam carnis corruptæ
ciam, divina sua, qua gaudent, vi, atque
voluntate quoque tua tollant, atque abster
ent.

Agite itaque, O. C. & divinam hanc De
resurrectione Christi, ita amplexamini, ut vol
que vestra, omnesque ejus propensiones, ad
frugem, simul cum Christo, reviviscant. C
hortante Paulo, sanctissimum hoc Festum,
fides, justitia, pax, atque conscientia tr
quam maxime dependent, non in fermento
in fermento malitiae, atque versutiae, sed



the scale towards document